



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

VI. Annotatio. Materia & nexus Considerationum cujusque Diei
Exercitiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

undè homini à DEO hoc in negotio prospere
est, ut pluribus demonstrabimus. Secun-
de interim hebdomadis monita expectemus, &
penultimam de re tota doctrinam capiemus.

Quantumvis enim triplex illa meditatio de
vocatione ad fidem, ad Religionem, & ad
vitarum Ecclesiasticum doceant aliquid de usu
vitarum, arbitrio nostro permissarum, id tamen
manifestè non faciunt, ut in secunda po-
nitur hebdomade commonstrabitur: Ubi
videbimus, quâ ratione Servator noster in hu-
jusmodi rerum usu se gesserit, atque unâ intelli-
gemus, quid agendum nobis sit, ut id, quod hac
ratione perfectissimum est, sectemur.

VI. ANNOTATIO.

Materia & nexus Considerationum
cujusque Diei Exercitiorum.

Pro prima Die: Ante Considerationem.

Ut Considerationes aliis singularum dierum
occupationibus aptius congruant, primâ die
consideranda præscripti, Missæ imprimis Sa-
crificium, tum Vesperas, Communionem, San-
ctissimi Sacramenti visitationem &c. tanquam
aliquid ad eâ diem pertinens, quâ considerandû
est, quodnam Christiani, Religiosi, & Sacerdotis
sit

fit officium : cujus utique partes nobilissimæ
sunt ea, quæ modò enumeravi.

Pro secunda Die, quâ in meditatione peccatorum occupaberis, considerandum proponitur
Examen conscientiæ, & Confessionem, ut, cum
horrorem peccatorum longè maximum contem-
peris, unâ etiam de usu mediocriorum, ad illa
lenda efficacium, salubrius aliquid decernas.

Pro tertia Die, quæ primæ hebdomadæ
cunda est, cum peculiare nihil habeat, cujus
siderationi alligata sit, mentalem ac vocalem
Orationem discutendam præscripsi : tanquam
Rem grandis utique momenti, & cui locus
quis jure suo debeatur, illâ potissimum die,
pœnitens animus perquam seriò de meli-
vitæ institutis statuet.

Pro quarta die, cum Meditatio de Rege
Christi cum nobis tanquam Imperatorum
hibeat, convocantem Christianos omnes ad
pendia, nosque ad tanti Ducis sequelam, & ad
limium ejus virtutum imitationem invitare
expedire judicavi, ut consideres, quæ in legum
spiritualibus libris, in audienda Divini Verbi
explicatione, & in communicatione deo
cum Patre tuo spirituali assiduitas & industria
tenenda sit. Hæc enim plerumque tria illa
sunt, quæ ad hanc vitam pertinent.

Instrumenta sunt, quorum praesidio in Divinis
rebus ab aliis instituiuntur.

Quemadmodum quinta dies Christum no-
bis in officio nutritij sui laborantem exhibet,
ita congruum videbatur, ut officium, negotia,
& temporis nostri usum considerandum sume-
remus.

Sexta dies docet, quod vitae genus amplecti
nos deceat, ut facilius ad eam, quae praefixa no-
bis est, perfectionem pertingamus. Unde con-
siderationis loco aptè poterit dispici, quae virtus
hoc anno studiosius excolenda nobis sit.

Postquam Crucifixum Redemptorem tuum
contemplatus fueris, nunquid desiderij aliquid
in animum iniici tibi senties unà cum ipso in
Cruce moriendi? Nihil sanè dubito. Est ergo,
quod septimâ hac die ad considerandum te in-
vitem, quid externae internaeque mortificatio-
nis imperare tibi velis.

Octava tandem diei considerandam tuam
cum proximo conversationem attribui, tan-
quam illud nimirum, quo nihil in spirituali vi-
ta difficilius, quo nihil lubricum magis sit, &
quo nihil ad cognoscendum, quàm solidæ vir-
tutis homo sit, esse solet efficacius. Non alia
ergo dies huic considerationi visa est congrue-
re, quàm illa, quo anima, Resurgenti Salvatore
suo

suo jam similis, vitam in hoc exilio cœlesti
agere, & ex omni rerum creaturarum vicissitu-
ne instrumenta facere sibi incipit, quibus
DEUM suum evolet. Quod qui aptè novè
facere, peritè conversationis suæ rationem
stituet.

VII. ANNOTATIO.

Modus, quo Considerationes
debent.

Pro prima die. Ante Considerationem.

Elevandus est ante omnia ad DEUM
mus, & cœleste lumen flagitandum, quo
tulante intelligas, qua ratione instituendæ
quas considerandas sumpsisti, actiones,
Perfectionis, quam à Deo exigit, leges
potæ sint.

Tum, si quam præteritis annis carum
Virtutum praxim tibi descripsisti, jam nunc
lam resume, & examina, num desit aliquo
num excefferis in aliquo, num mutari expo-
ex articulis quospiam &c. Huc Methodi
facient, quas in libris descriptas ad longum
bes: tales sunt, quas P. Alvarez de Paz,
P. Antonius Gaudier, vel alij quoque suis in-
cubrationibus proponunt. Ubi reperies Car-